

The Liber Pharetrae Project

Liber 1: De personarum uarietate Caput 44: De potentibus (13)

Idem (Isidorus, *de Summo Bono*):

Qui recte utitur regni potestate, formam
iustitiae factis magis, quam uerbis
instituit: ille namque nulla prosperitate
erigitur, nulla aduersitate turbatur;
non nititur propriis uiribus,
nec a Deo recedit cor ejus;
regni quoque fastigio humili praesidet
animo; non eum delectat iniquitas,
non inflammat cupiditas, sine fraudatione
alicujus ex paupere diuitem facit; et quod
iusta potestate a populis extorquere
poterat, hoc saepe misericordiae clementia
donat.

Qui recte utitur regni potestatem, formam
iustitiae factis magis quam uerbis
instituit. Iste nulla prosperitate
erigitur, nulla aduersitate turbatur,
non innititur propriis uiribus,
nec a Domino recedit cor eius;
regni fastigium humili praesidet
animo, non eum delectat iniquitas,
non inflammat cupiditas, sine defraudatione
alicuius ex paupere diuitem facit et, quod
iusta potestate a populis extorquere
poterat, saepe misericordiae clementia
donat.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 3.49.2
(CCSL 111, P. Cazier ed., p.300, ll.8-15).